



9a
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



Q. D. B. V.
DISSERTATIO MEDICA 7
DE
MORBILLIS

Quam
SUMMO ANNUENTE NUMINE
SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Excellentissimi atque Experien-
tissimi*

DN. JOH. BOECLERI,

Philos. ac. Med. Doctor. Botan. atque Chym.
Prof. Publ. Ord. Capit. Thoman. Canon.

H. T.
MEDICÆ FACULTATIS DECANI
SPECTATISSIMI

SOLENNI Eruditorum Examinē

placide subjicit

AUCTOR

GEORGIUS WOLFFGANGUS GILG

Moenno-Francofurtensis.

Die 23. Decembr. Anno Domini MDCC XX.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS HENRICI HEITZII.

C. D. N.
D I S S E R T A T I O M E D I C A
D E
M O R B I L L I S

S U M M O A N N U E N T E N I M M I N E
S U B P R A S I D I O
V I R I

E x c e l l e n t i s s i m i a m a n t e E x p e r i e n t i a
D i s s e r t a t i o

D O C T O R I J O H A N N E S B O E C H M A N N
P r o f e s s o r a n t e D o c t o r B o r n i a n t e C h y r u r g i
P r o f e s s o r P u b l. O r d. C a n o n. T h e o l o g. C a n o n.

M E D I C E F A C U L T A T I S D E C A N I
D I S S E R T A T I O
S O L E N N I T E R P R A E S T A T A

C E R T I F I C A T U M
D O C T O R I J O H A N N E S B O E C H M A N N
P r o f e s s o r a n t e D o c t o r B o r n i a n t e C h y r u r g i
P r o f e s s o r P u b l. O r d. C a n o n. T h e o l o g. C a n o n.

D O C T O R I J O H A N N E S B O E C H M A N N
P r o f e s s o r a n t e D o c t o r B o r n i a n t e C h y r u r g i
P r o f e s s o r P u b l. O r d. C a n o n. T h e o l o g. C a n o n.



VIRIS
MAGNIFICIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
Excellentissimis, Jure Consultissi-
mis & Prudentissimis

DOMINIS
BURGGRAVIIS

UT ET RELIQUIS

MEMBRIS

Præclarissimæ ac Celeberrimæ So-
cietatis Frauensteinianæ
quæ floret

FRANCOFURTI AD MOENUM,

Exiguum hocce Studiorum
Specimen

Submisse offert

Atque

SACRUM VULT
GEORGIUS WOLFFGANGUS GILG
AUCTOR.

PARIS
MAGNIFICIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS
Excellentissimus, Jans Cordatus
Jans & Præclarissimus
DOMINIS
BURGGRAVIIS
UT ET RELIGIOSIS
MEMBRIS
Præclarissimus & Celebratissimus
civitas Præclarissimus
qui sunt
FRANCORTI AD MOENIUM
Lignum Præclarissimum
Speciosum
Societate effert
Aquis
SACRUM VITAE
GEORGII WOLFGANGI GILG
AUCTOR





PRAEFATIO.



Genus humanum infinitis obnoxium esse calamitatibus, tot tantæque acerbissimorum morborum cateruæ abunde satis evincunt atque ostendunt. Quis quæso considerat structuram machinæ humanæ? qui non & ipsam nil nisi morbum credat æque ac fateatur? Et profecto,

A 2


quot

quot partibus, ne dicam particulis microcosmus noster a summo omnium rerum Creatore est compositus, tot quoque per deplorandum primorum parentum lapsum expositus est periculis. Quantis enim pars hominis inter solidas nobilissima, cerebrum puto, cum suis meningibus affligitur imo abundat mali generis morbis? Quidnam cor principium circulationis humorum pati cogitur? Quas quæso organum chyli- ficationis primarium, ventriculus, parit molestias? Quænam ab utero primo nostro habitaculo sequiori sexui toleranda anxietates? Quam crudeles a nervosis partibus expectandæ convulsiones? & quidnam boni pollicetur turbata massæ sanguineæ mixtio? Nemo certe unquam negavit vel ultimam plurimo-
rum

rum morborum constituere metropo-
 lin; unde enim scorbutus? unde affe-
 ctus Venerei? unde tot febrium spe-
 cies, unde tandem quoque morbilli
 aliter quam a particulis heterogeneis
 sanguini permixtis, derivari poterunt?
 Quum vero causam turbantem maxi-
 me intricatam plerique fateantur, me
 Æthiopem loturum haud existimavi, si
 ejusdem, inprimis vero morbillorum
 examen præsentis instituerem dissertatio-
 ne, non quod præ tantis Medicis qui
 hac de materia prolixius æque ac do-
 ctius scripserunt, aliquid egisse videar,
 sed ut saltem exile aliquod studiorum
 meorum exhiberem specimen, id quod
 ut eo melius succedat, divinum
 Maximi Numinis imploro
 auxilium.

A 3

J. N.



J. N. J. A.

§. I.

TAntus Medicorum celebrium numerus circa morbillorum doctrinam rite tradendam adeo fuit occupatus, tot scripta doctissime elaborata orbi Medico affectum hunc exposuere, ut ingenue fateri haud erubescam, exteriora corporis integumenta horrore quodam affecta tremuisse, dum & mihi morbi huic fere tot scriptis victo bellum inferre atque sic exiguas meas cogitationes luna obscura obscuriores elegantissimis artis medicae Principum opinionibus solis meridiani instar coruscantibus apponere quaedam quam maxime urgentes causae praeciperent, quoniam haud difficile conicere licuit, infaustum quorundam iudicium in hunc quoque meum laborem maximo irruturum impetu, quod cramben non bis, sed vices imo centies coctam recoxerim,
ci-

cibosque repetita toties coctione putridos fere factos, patinis, satis impuris, splendidæ Philia-
trorum mensæ apposuerim. Quicquid vero sit, perinde mihi erit, si cui hæcce, quæ proponere in animo habeo, placuerint aut displicuerint, cum cognitum sit, scripta quoque Virorum me artis medicæ tyronem eruditione vel millies superantium iudicium sæpe haud effugisse iniquum, imo quod maximum est, cogitationes superbæ præsentia pro novis æque ac inauditis venditare animum nunquam fuere ingressæ, sed consuetudo disputandi aliæque, ut supra monui, causæ, ad laborem huncce impulere.

§. II.

Sint hæc illa, quæ ut præmoneantur censui dignissima, nunc ad alia & ipsum quidem propero institutum: Hic vero de iis quæ spectant ad Onomatologiam neutiquam ero sollicitus, non nomen in medium proferam morbillorum Arabicum, neque recensebo appellationes, quibus Germanicæ quælibet pro genio suæ linguæ regiones, eosdem donavere; nec in Grammaticam inquiram derivationem, quæ a quibusdam a parvis morbis solet accerfi; neque demum hos vel laudis vel vituperii arbitrabor dignos, qui peritia linguæ latinæ ostentantes morbillos e castris vocabulorum jubent migrare elegantium, atque eosdem ad culinas relegantes pro barbaro exclamare student, omnia enim hæcce tanquam parvi imo nullius fere mo-

momenti me nullo tenent modo, quoniam & ægrotos parum juvant & Medicos, sufficere mihi saltem videtur, nomen *Morbilorum* ab omnibus Medicis hætenus fuisse receptum atque assumptum.

§. III.

Quo minorem itaque hæc quæ ad etymologiam faciunt merentur attentionem, eo majorem in descriptione reali impendendam operam arbitror necessariam, quoniam hac clara existente & perspicua omnia modo percipiuntur faciliori. Suppeditat eandem ut aliorum morborum ita quoque *Morbilorum* evolutio librorum ut & aspectio propriaque experientia, hæc enim sunt viæ aditum ad artem perveniendi medicam monstrantes, his uti, hæc adhibere proderit. *Morbillos* igitur scias esse morbum acutum sub specie parvarum atque rubrarum cum aliqua prominentia ac protuberantia in cute erumpentium macularum sese ostendentem, conjunctum cum Febre continua, aliisque interdum symptomatibus, omnes fere homines infantes tamen ut plurimum aggredientem, provenientem a particulis massæ sanguineæ ~~ad-~~ inimicis, ejusque mixturam plus minus corruptentibus, ac denique propter suam structuram depravatam motui in vasis capillaribus non satis aptam in peripheria corporis quo auxiliante pervenerunt circulatione, stagnantibus.

§. IV.

§. IV.

Hic affirmatum conspicis, *morbillos corpora plerumque infestare infantum.* Docent id ipsum Medicorum scriptorum opera, docet experientia exceptione major. Illorum multi *morbillos morbis infantum annumerare haud dubitant; hæc sciscitantem reddet hujus rei quotidie fere certiolem.* Attamen & *adulti & viri & Femina* morbum hunc pati coguntur, evincit hoc *cutis maculata*, evincunt *symptomata*, evincunt *aliæ circumstantiæ.* Locum, quo molestus hicce hostis sese solet ostendere, modo vidisti nominatum, est ille *cutis*, commune illud *corporis integumentum ex innumeris arteriarum atque venarum ramificationibus mirum in modum dispersis, ut & perquam copiosis nervorum distributionibus, vasorum lymphaticorum copia, multis glandulis, super imposta cuticula mirabiliter constructum, variis stagnationem sanguinis pro causa habentibus morbis obnoxium.*

§. V.

Hac enim in corporis parte morbos profecto observabis nunc atrociores, observabis nunc mitiores. Hic anthraces hic bubones periculosi pestis socii cernuntur, hic variolæ figunt tentoria. Quotus quisque enim invenitur, qui non variolas morbum omnibus fere hominibus communem & noverit, & ipse passus sit? Quis animo præditus est tam animoso qui non malignitatem sordidæ hujus calamitatis abominabitur, cui jurato alias omnis fastidii hosti facies
 B
 ipsius

ipſius torva ac cadaueroſa horrorem non incu-
tiet? cum ſecundum quorundam Auctorum ſen-
tentiam peſte quoque exiſtat tetrior. Alios in
cute prodeuntes morbos nequaquam enarrabo,
ſilentio præteribo petechias, morbum, quo ma-
jore corpus noſtrum aggreditur furore, eo cru-
delioribus, eo dirioribus quoque armatum ſym-
ptomatibus; ſuperſedebo recenſioni reliquo-
rum cutis affectuum, tot, inquam, ſpecierum
ex anthematum benigniorum, hos enim & hi-
ſce includere pagellis ratio & temporis prohi-
bet & inſtituti; interim modo recenſiti affectus
manifeſtis inter ſe & morbillos gaudent diſfe-
rentiis, quæ §. 7. cum de ſignis diagnosticis
morbillorum præſentium agendum, palam fa-
cere allaborabo.

§. VI.

Ordini vero ſatisfaciens ad ſignorum pro-
pero expoſitionem, & quidem eadem ſecun-
dum receptam Medicorum quorundam do-
ctrinam duplicia ſtatuenda judico, ſigna nimi-
rum morbillorum Diagnostica & Prognostica,
quorum illa ſubdividuntur in imminencia &
præſentia. Hæc quod attinet, quo difficilius
eorum cognitio prudentem effugere poteſt Me-
dicum, eo facilius notæ illorum obſcuræ expe-
rientiſſimo quoque poterunt illudere, per quam
cautum itaque ut in aliis ita hic quoque pro-
cedat Medici judicium, ſi ſe ſuam que famam
certiſſimis muliercularum calumniis exponere
noluerit. Sunt autem ſigna morbillos plerumque

712.

praecunna, sequentia. Observatur febris continua
 suis praedita symptomatibus, qualia sunt: horror,
 aestus, sitis, appetitus prostratus, lassitudo membro-
 rum, adest interdum delirium, Epilepsia, motus se-
 pe cernuntur convulsivi, de anxietate cordis conque-
 runtur interdum acri, observatur tussis, asthma, vo-
 mitus &c. Medici quidam inter eadem referunt
 imo pro signo morbillorum ingruentium certis-
 simo assumunt lacrymarum in oculos effusio-
 nem, verum ut verum fatear, miseret me in-
 felix Practicorum quorundam alias felicissimo-
 rum fortuna, qui signum hocce pro certissimo
 exclamatum maxima, qua fieri potest, diligen-
 tia anxie satis quaesitum non invenere, nescio
 hanc ob causam, utrum hi fraude quadam opti-
 ca decepti errorem commiserint, an vero illa
 a particulari ad universale fuerint argumentati;
 interim ut jam superius fuit monitum, hisce
 signis non fidendum, sed iudicium caute sem-
 per differendum, quoniam eadem aliis quoque
 morbis competunt, suspensionem tamen aliquam
 praebent Medico, si aeger iisdem afflictus sit infans
 imo & adultus temperamento humido corruptioni ob-
 noxio praeditus, vel morbilli per viciniam aut ipsam
 qua decumbit domum grassentur, sed hic quoque
 monendum non omnes morbum hunc in sinu
 foventes symptomatibus affligi modo enarratis,
 inveniuntur enim interdum infantes morbillis
 quidem, ne unico tamen horum symptomatum
 evidenter laborantes, quam ob rem in medium
 prolata non de omnibus sed de plurimis sunt
 intelligenda.

B 2

§. VII.

§. VII.

Nunc signis morbillorum imminentium recensitis signa quoque præsentium addere erit necessarium. Est autem horum *primarium* ne dicam *certissimum macularum eruptio*. Hæ ab initio rubras sese atque parvas ostendunt, non tamen in toto corpore, sed quibusdam tantum partibus, dorso inprimis observantur, aliquali gaudent prominentia, visum quidem, eminus tactum minime eludente. *Minores & hinc inde dispersa ab initio, majores atque per totum corporis ambitum postea inveniuntur diffuse, febris cum suis symptomatibus ante eruptionem observata nequaquam cessat, sed intenditur haud raro, tussim atque respirationem difficilem aliaque symptomata sæpius clavo quasi infixa jarares.* Hostes vero hi singuli, nisi singulari quadam atrocitate ut & malignitate præditi, arcem corporis nostri minus antea munitam occupaverint, ac prorsus everterint acvastaverint, quarto interdum ut & quinto post eruptionem die receptui canere experimur. Tunc enim cuticula advenis his molestis hospicium futurum renuens dirumpitur, hospites ejicit odiosos, maculisque non amplius apparentibus epidermis squamularum instar decidit. Hæc perpendendo signa, morbilli haud difficile a variolis erunt distinguendi, quoniam illi citra supurationem evanescent, hi eandem comitem agnoscunt. Petechiæ neutiquam morbillorum agent personam utpote quæ prominentia atque protuberantia destitutæ oculis obvenient.

nient. Ceteras exanthematum species, si quis prudens ratione symptomatum, loci affecti, aliarumque circumstantiarum probe consideraverit, a morbillis plane alienas facile deprehendet, silentio hanc ob causam singularum differentiam specificam prætereo, præsertim cum studio prolixitatis æque ac judæus carne suilla ut & Moscovita vitulina delecter.

§. VIII.

Ad causarum potius morbum toties nominatum efficientium explicationem propero. Bone Deus! quasnam hic deprehendo difficultates? Hæ si animum eligentem non opprimunt, certe tamen premunt. Non bivium conspicio, sed Labyrinthum nodi instar Gordii confusum dubitans peragro. Fateri nequam nequeo, diversas diversorum Doctissimorum Medicorum opiniones, nescio quomodo, simul me allicere, simul me abhorrere. Amplus tamen sententiarum campus parumper sese sistit perlustrandus. Nonne itaque morbillorum origo secundum quosdam ex utero materno optime poterit deduci? quid obstat, quo minus ansam sententiæ hujus perspicue excogitatæ ambabus arripiam manibus? Sed, amabo, ubinam latitat peccans illa materia mater hujus morbi in utero jamdum contracta! Solida forsitan pars ipsi est pro diversorio? mirum, eandem sine partis illius jactura tamdiu potuisse abscondi? Sanguini fortasse jam a partu suam debet patriam? Cur vero quinquaginta sæpe

annos ibidem commoratur, & non prius sese dat peregrinationibus? Quanam pariter evenit ratione, quod multi eandem tamen cum omnibus & nascendi & nutriendi in utero habentes sortem morbillos non patiantur? Cur denique priscae ac antiquae aetatis homines morbum hunc neque novere, neque eodem laboravere? Quam tandem, rogo te, ob rationem, morbillos nondum afflictos malignam tamen in corpore alentes materiam non observamus valetudinarios, aut ad minimum in latitudine sanitatis constitutos? Talis certe sententia ne minimam meretur fidem, sed potius inter non entia summo jure est ponenda medica. Non majori cum fide occultus quidam in scenam producitur astrorum influxus microcosmum ad morbillos disponens, utpote cujus probationem quo magis rationibus scimus destitutam, eo magis refutationem iisdem videmus instructam. Annon itaque vexillo illorum nomen dandum, qui ex effluviis verminosis morbillorum causam non male derivari sibi persuadent? Sed instituant ut sibi imaginantur, experimenta verminosa, concipiant verminosas ideas, meam non faciam sententiam, nisi corruptas sanguinis particulas nomine donaverint vermiculorum. Ideone erit fermentum quoddam de victoria reportata agens triumphum? Multa sane de hoc dicta, multa scripta, pauca probata, plurimi hanc ob causam fermentum e castris jubent exulare Medicorum.

§. IX.

§. IX.

Ecquid tandem has inter turbas faciendum?
 sententia mehercle arripienda, ni manifesto
 aliorum risui sese exponere libuerit. *Causam*
 itaque *morbillarum duplicem* statuendam cenfeo,
proximam nimirum, & remotam. Illam quidem
constituunt corrupta particula sanguine massa contra-
ria, hanc producit vel aer effluvis corruptionem ef-
ficientibus inquinatus, vel abusus rerum, si animi
 excipias pathemata, *non naturalium!* De causa
 proxima vix ullus erit qui dubitabit, particu-
 larum enim vitiosarum præsentiam aspectus
 non solum, sed & omnia morbillos & præeun-
 tia & concomitantia evincunt symptomata.
 Unde enim febris morbo huic associatæ essen-
 tia aliter quam ab iisdem derivari poterit?
 Motus certe sanguinis auctus id ipsum clare
 ostendit, particulæ enim circulationi ineptæ
 ubique locorum residere tentantes ad arteria-
 rum appelluntur parietes, hæ auxiliante sua
 qua gaudent elasticitate ac constrictione eas-
 dem conuntur protrudere, fortior & major
 vero appulsio fortiorem & majorem requirit
 protrusionem, quarum posterior consequen-
 ter auctor est motus sanguinis celerioris, qui
 revera nil aliud est quam febris supra com-
 memorata. Ex hoc etiam fundamento macula-
 rum in cute præsentia facili peti poterit nego-
 tio, particulæ enim vitiosæ ad circulandum
 coactæ ad externa quoque pervenientes vasa
 corporis stagnationem æque tentant ac ininter-
 nis

nis, id quod eo facilius possunt obtinere, quo minor horum vasorum existit diameter, interrim & suum addere haud obliviscitur teruncium caloris in exteriori corporis parte defectus, ut silentio præteream, locum a corde principio nimirum motus longe remotum libenter admittere stagnationem. Hac ratione & reliqua haud difficile erunt explicanda symptomata, æstus namque motus sanguinis aucti est socius, hujus fitis ut & reliqua communia febribus symptomata. Delirium, quod morbillis interdum experimur alligatum unde melius derivetur nescio, quam ab intensiori motu sanguinis ad cerebrum ejusque membranas ut & particulis corruptis ac parum corrosivis stagnationem & inflammationem meningum efficientibus. Epilepsia atque motus convulsivi supponunt liquorem nerveum pessime constitutum, qualem enim sanguinem, tales & reliquos humores, talem quoque hunc deprehendes liquorem Tussim atque respirationem difficilem si vel acridini humoris asperam arteriam humectantis, vel Morbillis hunc quoque locum occupantibus velis tribuere, non repugnabo.

§. X.

Sed proh Deum atque hominum fidem; quot sentio telis, quantis percipio spiculis impugnata quin obrutam fere hanc opinionem? Omnis profecto movendus lapis, omnes periculosa illorum invasionem retorsuro impendendi nervi, certe nisi eadem revera scirem
 imma.

immaterialia, merito dubitarem, an pectus minus armatum impetui eorum sit objiciendum, multos enim aliter prorsus sentire experior, dum nimirum Morbillorum expulsionem animæ corporis nostri tribuant rationali, optime hæc & modo fati probabili scio excogitata, anima enim expellit, homo moritur, ô sanam expulsionem, vespillonibus sæpius non ægrotis sanam. Nullam sane hic audio rationem, quæ principium quadam gaudens demonstratione atque in sensus incurrens relegari, & ad incognitum æque ac obscurum, de cuius essentia magnæ adhuc moventur contentiones, confugijubeat. Qualitates occultas pro apertis assumpsisse nefas ducerem. Quid quod? anima ipsa nesciente, anima ne cogitante quidem Morbilli egrediuntur. Attamen litem illam ad nauseam usque exagitatam omnino resuscitare & prorsus meam facere nullus est animus, quam ob rem sicco fere rivum pede transeo, hæcque aliis omissis rationibus pro stabilienda, quam antea proposui, hypothesei sufficere arbitror.

§. XI.

Considerata fati causa proxima ad remotam quoque seu procatarteticam descensus faciendus. Multos de hac invenienda invenies occupatos, paucos ad metam pervenisse certitudinis affirmabis. Centum hic opiniones totidem refutatas invenies objectionibus. Unusquisque Doctorum suam alit hypothesein, hic de hac, ille de illa

C

lo-

loquitur. Quod ad me, non video, quid obstet, quo minus horum ad stipuler sententiæ, qui causam remotiorem ut aliorum morborum ita quoque Morbillorum derivant a rebus sic dictis non naturalibus, quicquid etiam alii reclamare student. Ex hoc enim fonte si modice hauriatur, sanitas, si immodice, morbus capit primordia. Recensere hic non suscipiam *periculosas, quas defectus aque ac excessus motus ac quietis nostro in corpore pariunt molestias*; Cruditates sæpe, magna sæpe obstructionum pars illorum abusus testimonium præbent non minimum. Non commemorabo *mira-bilia nimii somni, nimirum vigiliarum exempla*, hic enim & ingenium & iudicium somno sacrum voluit, ille crebris lucubrationibus & quietem dedit & vitam. Neque recensione *lase retinendi ac excernendi actionis* inhærere cogitabo, utpote quæ multos ad navim misisse Charontis experimur. Sed tantum *aërem effluviis inquinatum*, tantum *alimēta* pessimos multorum morborum auctores sub censuram vocare annitar.

§. XII.

Macrocosmum enim suis gaudere exhalationibus res est extra omne dubium posita. Demonstrat id ipsum ad oculum copia vaporum ex aqua pariter ac terra sæpissime ascendentium: Demonstrant idem secundum physicorum Doctrinam tonitrua, fulgura, ignes fatui, ut & plurima alia meteora: Demonstrant aliæ rationes, quas in ele-

elegantibus scientiæ naturalis scrutatorum invenies operibus. Quid dicam de effluviis microcosmi. Equidem hæc bilance, prout quidam fecere, ingenii nequaquam ponderabo, non unam vel plures libras viginti quatuor horarum spatio e corpore eliminari affirmabo, contentus saltem ero, transpirationem insensibilem satis jam dudum fuisse evictam, de expiratione ægrorum atque sanorum neque cœcus neque surdus dubitat; alias, per quas crassa interdum effluvia transeunt, vias silentio hic prætereo. Hæc poris aëris inserta quantas possint efficere mutationes tristis sæpius docuit experientia. Tot millia hominum peste extincta haud observasses, ni aër contagiosa maxime in sese recepisset effluvia. Variolas per totum pagum, per totam urbem, per totam regionem grassantes bacchantesque neutiquam vidisses, ni & ipsi aëri quoad effluvia inhabitassent, inhæsisserent. Morbilli nunquam extitissent epidemii, ni aërem contagiosis imprægnatum exhalationibus causam agnovissent. Nemini namque hominum, qui respiratione non indigeat, vivere est licitum, cuncti vivunt aëre, alimenta ad dies usque desiderantur, aër ne ad quartam horæ partem. Inspiratio omnibus necessaria, multis tamen periculosa, multis letifera. Aër enim dum ad pulmones propellitur poris eorum intrusus ad massam pervenit sanguineam, purus sanitatem, impurus morbum in

scenam producit. Non investigabo, quantum esculentis, quantum potulentis assumatur aëris, taceam, quantum ope deglutitionis salivæ, chylo, sanguinique misceatur, hic si non copia, si non abundantia, malignitas profecto instituet mutationem; coagulatio, corruptio & putrefactio, sanguinis vel chyri ad sanguinem postea pervenientis aliqua erit in promptu, hæc ratione gradus, aut variolas aut alium morbum aut ipsos morbillos modo §.IX. generabit enarato.

§. XIII.

Habes hic molestias, habes calamitates aëri tribuendas, nunc & recensio*ni ex alimentis* originem trahentium appropinquandum. Has quidem illis minores, illis leviores vix deprehendes. Magna hominum pars aëri bene se habenti, major alimentis debet sanitatem. Quotusquisque invenitur, qui infirma præditus corporis constitutione non ab errore his assumendis commisso prematur? Tot ægrotantium querelæ, tot decumbentium ejulatus de eodem superant dubitantem. Agmina hic febrium, illic aliorum morborum a quantitate esculentorum ac potulentorum invenies oriunda. Impar eris numero, quos nimia vini ingurgitatio ad castra relegavit hydropicorum. Tot haud invenires phthisicos, ni potulenta vel quantitate vel qualitate peccantia illorum fuissent

sent nocumento pulmonibus. Multos sane rerum ad nutriendum alias destinatarum excessus vel defectus tradidit morbis, multos cœmeteriis. Non pauci morbillos malo huic referunt acceptos. Non fere est, quod interrogas, quamnam eveniat ob rationem, quod infantes plerumque huic obnoxii sint affectui? Hos enim quam maxime contra regulas vel libere vel coacte peccare diæteticas; Hos nunquam modum in assumendis servare alimentis! quovis experiri potes tempore., Hos numerantes annos lustrum nondum æquantes non edere cernes sed devorare. Quantum vero damni, quantum detrimenti cibi copia majori ingesti tenero possint afferre ventriculo, vel rusticus imo & stultus agnoscet. Infantes quoque cunis adhuc affixi hanc experiuntur fortunam. Quem enim, quæso, in finem abundantia pulmentorum infantibus corpore manibusque pedibusque resistentibus methodo satis horribili injicitur, intruditur, ingurgitatur? Quorsum matres infantum oppressuræ lacrymas eosdem mammis statim adjectos & jubent fugere & cogunt? Hæc ad devorandum cogens, atque, ad silentium imponendum excogitata consuetudo ipsos non juvat; ipsis non prodest, sed quam maxime obest. Quid dicam de alimentorum, quæ ab ætate amantur puerili, qualitate? Hanc certe nemo nisi ignorans pronuntiabit bonam, nemo sanam, omnes fatentur pessimam. De-

siderant pueri poma, optant saccharum, delectantur nimio panis esu, amant & alia secundæ valetudini adversa, horum maximo cum appetitu, si eadem scilicet a matribus facili impetraverint negotio, indem sie sprechen man muß den kleinen Kindern etwas zu gefallen thun / man kann es nicht über das Herz bringen / das arme Kinde weinet sich ja zu todte / magnam deglutiunt copiam, cibo insalubri potum apponunt non minus insalubrem, totamque per diem motu gaudent erratico chylicationi plus nocente, quam eandem juvante. Hinc tot nascuntur morbi, hinc tot eveniunt miseriæ. Humores coagulantur, corrumpuntur atque putrescunt; Hinc multos scabie videmus quasi obrutos, hinc plurimos vermibus scimus plenos atque scatentes. Hæc quoque putrefactio & variolos gignit & morbillos, una namque est materia peccans, ratione tamen, ut supra dictum, gradus vel abundantia vel malignitatis differens.

§. XIV.

Sed hæc tandem sufficiant de causis morbillorum. Excipiunt has signa eorum prognostica. Cum itaque morbilli morbos inter acutos jure meritoque sint referendi, eventum quoque dubium habent atque ancipitem, teste Medicæ Artis Principe Hippocrate, testibus Practicis hodiernis, teste experientia. Attamen si macula debito egrediuntur tempore, si nulla eosdem graviora comitantur symptomata, si rubrioris conspiciuntur coloris, Medicum æque ac adstantes bono jubent esse animo, sin vero febris adsit maligna, quæ animia hu-

humorum corporis oritur coagulatione, corruptione atque putrefactione, tunc æger sit tibi curæ cordique, periculum enim mortis adest imminens. Palliditas morbillorum ægrotum sæpe morti tradidit pallidæ, quam ob causam si hoc contigerit, nullam omittas ægrum optima qua fieri potest methodo tractandi diligentiam. Quibus morbillis decumbentibus tussis atque respiratio difficilis sunt associatæ, maxime credas debiles, quos vero diarrhœca supervenit ac vomitus, mortis plerumque scias Candidatos. Adultis plus a morbillis expectandum periculi quam junioribus. Plura, qui circa prognosin desiderat, evolvat Practicorum libros imprimis Dolæi Encyclopæd. Med. Theoret. Practic. ut et Junckeri Conspect. Medicin. Theoret. Pract. aliosque. Hic namque quod quærit inveniet, signa nimirum morbillorum prognostica diligentissime descripta atque exposita.

§. XV.

Nunc singulis si non doctè debitoque modo, pro viribus tamen perlustratis ultimum dissertationis membrum methodum scilicet medendi addere operæ erit pretium. Multos quidem audio de suscepto mirantes, non paucos tyronem adhuc artis Medicæ video deridentes. Sed risum, quæso, tollatis amici, non ætate sex vel septem annorum academica artes addiscuntur atque scientiæ, alias & asinum Corinthum missum duoque per lustra ibidem degentem haberes doctorem, sed crebrum cum Doctis mortuis colloquium, crebra cum eruditis vivis conversatio, crebræ ægrorum visitationes portam ad splendidam Medicinæ aperiunt arcem: Equidem hujus elegantiam plane contemplari nondum concessere facta, interim quicquid erat, ad hoc impetrandum, virum adhibui. Docuere itaque indoctrum doctiores methodum curandi morbillos. Hi vero quemadmodum a variolis ratione causæ non multum differunt, ita quoque iisdem eadem fere convenit curatio. Non autem hic intelligo mirabilem illam variolarum per insitionem tractationem, quam das

Blatz

Blatter Vesken vocant, cujus descriptionem Medici Ura-
 tislavienses libro quem vocant *Sammlung von Natur
 und Medicin-Geschichten* ad A. 1717. Mens. August. in-
 feruere, hanc enim, quanquam quibusdam sit instructa ratio-
 nibus paruum præstitisse effectum vel ex hoc autumare licet,
 quod Medici eandem jam dudum ob metum malorum illam
 fortasse concomitantium tradiderint oblivioni: Sed de illa
 loquor tractatione, quæ quibusdam applicatur indicationi-
 bus. Removendam itaque censeo ante omnia causam re-
 motam, quo impetrato & proxima sese sistet tollendam, su-
 blatis enim causis effectum cessare res est apud Philosophos &
 Medicos extra dubium posita. Remotam vix melius remo-
 vebis causam, quam si *aërem ut & alimenta corrigere* studeas,
 illud haud difficili impetrabis opera, si nimirum ægrotum,
 qui alias libero erat expositus aëri lecto hypocausti calidioris
 magis includas quam frigidioris, sic enim & insensilem tran-
 spirationem reddes faciliorem, & circulum sanguinis & me-
 dicamentorum adjuvabis operationem. Sicut autem aëris,
 ita alimentorum quoque usus emendandus, porrigantur
 hanc ob causam, si aliqua adhuc ad edendum adest in-
 clinatio, concoctu facilia, potus propinetur calidior mag-
 is quam frigidior, hoc modo graviora declinabis sym-
 ptomata, quidam enim fatentur Practici, morbillos sæpius
 regulis melius profligari diætetis quam pharmaceuticis;
 Interim nec spernenda pejori præsertim in statu medica-
 menta e fonte Pharmaceutico atque Chirurgico derivata,
 his namque sæpe effectus respondit optatissimus. Si
 itaque observantur, quæ §. VI. morbillos præcedere af-
 firmavi, signa, tunc ad causam proximam e corpore
 ejiciendam invitant atque implorant Medici auxilium.
 Sine mora hic Venæsectio vel hirudines sunt applican-
 dæ, sic enim sanguinis motus derivatur ad exteriora, at-
 que simul pars peccantis e corpore eliminatur materiæ.
 Virium autem quam maxime est habenda ratio, ne quid
 temere suscipiatur. Postridie maculis nondum apparen-
 tibus

tibus evacuans aliquod propinandum, quorum quidem
 ☿ dulci nullum est præstantius, de hoc sine ullo dubio
 infanti tot, quot agit annos, grana potes exhibere. Sic
 non minus scio proficuum ☿ solarem D. Schæfferi Medi-
 ci quondam Francofurtensis Celeberrimi, eodem quo ☿ dul-
 cis modo exhibitum. Neque tamen alia hic lenientia ex
 Manna nimirum, Fol. Senn. Cremor. ☿ &c. concinnata
 contemnenda puto remedia, his enim ventriculus ac
 primæ viæ optime exonerantur. Quo facto morbillis vel
 jam vel nondum apparentibus accedendum ad absorbentia,
 diaphoretica, sudorifera atque alexipharmaca, hæc
 inter primas tenent Tinct. Bezoard. M. Mistur. simpl. ☿
 C. C. succin., Varii itidem pulveres absorbentes ut & dia-
 phoresin promoventes, Pulv. nimirum Pannon. Rub.
 Pulv. Bezoard, Senn, Pulv. Bezoard, Anglic, Pulv. Bezoard.
 Rollvåg. ☿ diaphor. Specific. Cephal. M. & plura alia
 queis recensendis supersedeo, ex quibus variæ pro ratione
 ætatis, virium, ac aliarum circumstantiarum secundum
 cujusvis ingenium possunt concinnari formulæ. Sufficiant
 vero hæc de methodo medendi, non quod eandem non
 fusius proponere, ut & illa quæ circa symptomata gra-
 viora aliasque circumstantias veniunt observanda prolixius
 exhibere potuissem, sed quod libros Practicorum doctif-
 sime hac in re elaboratos, atque spatium temporis labo-
 ri huic destinatum sciverim præterlapsum.

JOHANNES BOECLERUS

Med. Dr. atque Prof. Præcellenti atque Doctissimo

DN. GEORGIO WOLFFGANGO GILG

Medicinæ Cultori salutem.

DUæ sunt causa, ob quas paucis hisce Te compello li-
 teris. Altera quidem est, ut aमितus Tibi gratuler
 D de

de eximiis, quos in Studio Medico fecisti, profectibus, qui haud inanem spem faciunt, Te Experientissimi Dn. Parentis Tui Medicinæ Doctoris & Practici Francosurtenfis Celebratissimi vestigia, uti haftenus ita in posterum summo cum studio & ardore pressurum, ut in talem evadas virum, qui ægrotorum salutem promovere, Parentis gaudium ad augere, nominisque famam in orbe literario perennantem reddere queat. Altera deinde hujus epistolæ causa est, ut solenniter contester, me hac in dissertatione conscribenda nihil plane contribuisse, neque ullam vel opinionem vel expressionem suppeditasse, sed omnia hic in chartam conjecta ex ingenio profuisse Tuo, quæ si non ad omnium palatum fuerint, & aliquid paradoxo in se continere videri queant, satis tamen de excellentibus dotibus Tuis sufficiens perhibebunt testimonium. Tu modo factus Tui defensionem alacri suscipe animo. Ego optima lacto spe, Te in palastra Academica mascule pugnaturum & insignem ex conflictu reportaturum laudem. Deus omnibus conatibus Tuis ex alto clementissime benedicat, faxitque, ut studiis Academicis felicem imponere queas finem. Dab. Argentor.

d. 17. Dec. 1720.


FINIS.



Strasbourg, Med. Diss., S. Gams-
goerke

X 241 8801





Q. D. B. V.
DISSERTATIO MEDICA
DE

MORBILLIS

Quam
SUMMO ANNUE NTE NUMINE
SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Excellentissimi atque Experien-
tissimi*

DN. JOH. BOECLERI,

philos. ac. Med. Doctor. Botan. atque Chym.
Prof. Publ. Ord. Capit. Thoman. Canon.

H. T.
MEDICÆ FACULTATIS DECANI
SPECTATISSIMI
SOLENNI *Eruditorum Examinē*

placide subjicit
AUCTOR
GEORGIUS WOLFFGANGUS GILG
Mœno-Francofurtenfis.

Die 23. Decembr. Anno Domini MDCC XX.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS HENRICI HEITZII.